


2690. II
Soll. B. 16

EPICEDIA
In
Obitum.

MATRONÆ HONESTISSIMÆ
GERTRUDIS
Wolffrath/

VIRI
PRUDENTISSIMI ET SPECTATISSIMI
DN. MARTINI Barg/ Senatoris apud
Stralsundenses optime meriti, & Provisoris
in æde Nicolaitana primarij;
Conjugis desideratissimæ,

Scripta
à
Genero, Cognatis, Fautoribus & Amicis.



StralsundI, Literis Michaelis Mederi,
Anno M DC LVII.

57875

GERTRUDIS
BIBLIOPHILA

DR. J. J. ...
...

...

...



...

578.15

MS 316788



Ripitur data Lux, Costa atq; Columna Ma-
rito,

B Uxorem fidam si invida Parca rapit.
Luce caret viduus, thalami dñ Phœbus opacus
Tempus agit solus non nisi triste domo.

Costa cadit firmans tenero de corde revulsa,
Anxietas pressi quâ relevata Viri.

Structa Columna ruit tecti, si lumina claudat
Uxor, quâ crescens sult aruina domus.

Hæc tua confirmant, perchare Affinis acerba
Fata, ad quæ pridem non rude pectus habes.

Erepta est oculis Uxor, sed pectori inhaeret;
Ingeminas voces: Lux mea raptâ fuit.

Absentem repetis Costam, quæ sæpè levavit
Ærumnas, oneri supposuitq; manus.

Largas effundis lachrymas & corde dolores
Sentis, dum cecidit grata columna domus.

Parce tamen lacerare genas, nec scinde capillos,
Quam celsi junxit, Dextra Dei secuit.

Non pereunt anima, fragili cum corpore, nostra,
Finiri, scimus, plurima morte mala.

Amplius haud lecto corpus langvescit amata
Conjugis, haud sentit tristitia satamagis.

Extenuate igitur, lugentes, corde ferendo
Mærorem forti, mortua vivit ovans.

Gaudet in Elysiis cum Christo semper in hortis,
Expetit, ut similis sit quoque vestra quies.

Interea

*Interea extincta feralia munera ferte,
De lachrymis vestris humida ferta date.
Sic, quando in cinerem corpus mutatur humatum,
Non vestro officio maesta favilla caret.*

*Flentibus & lugentibus ex animo
condolens f.*

**Balthasar Rhauu, Eccl.
Stralsund. Superint.**

Ardua jam terris discessit ad astra relictis,
Injecere graves cui modo fata manus,
Wulfradio, haud humili, praecleara at stirpe parente,
Quae prognata fuit, laude probata sua,
Dum generis titulos virtus superavit in ipsa
Inq; virum, inq; thori pignora fidus amor.
Hoc decus eximium lentam mors tabe peredit,
Cum aëos meruit, quod superesse dies.
Obruit inde dolor vidui praecordia, gnata
Praeprimis, Generi, quos habet atq; fratrum
Tumq; sororum, etiam quorum est conjunctio firma
Cum virtute probis, cum pietate bonis.
Sed bene habet res parte sui meliore superstes
Intemerata inibi gaudia pacis agat,
Corpus humo rectum placida requiescat in urna,
Donec surgat idem voce sonante tubae:
Prudenti viduo Christi sit gratia praesto,
Tristibus ac reliquis. Faxit id Altitonans

**Philippus Henricus Friedlieb/
SS. Th. D. Pastor Jacobaeus, Re-
ver. Min: & Conf. Eccl. Senior.**

Siccine mi BERGI rapitur dulcissima conjunx,
Cui mercatura perpulchra scientia & usus,
Quæq; tui morbi atq; domus perpulchra columna:
O fatum in felix! summi moderator Olympi
Faxit ut æquo animo hæc valeas incommoda ferre.

Joh. Neucrantz.D.

Qualia nostra sient Bona, tunc cognoscere primum
Concessum miseris, ea, cum violentia fortis
Eripuit nobis. Sic, ô cordate Senator,
Conjuge, nunc sentis, miserando funere rapta,
Quanto te damno mactaverit improba Parca,
Et quam magna fiet fidæ jactura Maritæ.
Det Deus, hæc æqua toleres incommoda mente,
Atq; sua clemens bonitate resarciat illa.

MICHAEL LUDECUS
Med.D.

Quo fugis ô socrus? quid te subducere nostris
Luminibus properas, nunquam reditura, tuoq;
Nos miseros, eheu! nec opino funere turbas?
Omnia tu moriens rapuisti gaudia tecum.
Omnia ferali tecum tumultata sub urnâ.
Quam vellem! deberem etiam, mactare sepultos
Carminibus manes, supremæq; solvere dona:
(Hoc quoniam præter, superest nil, flebile munus,

Quo

Quo memorem valeat pietas ostendere mentem,
Sed vigil ad Musas, miserisq; assveta querelis,
Ad partes mea Musa negat venisse citata,
Pro verbis fundens lachrymas, pro carmine questus,
Quaq; mihi quondam meliore fluebat in ovo
Aoni rivi exculpto de pectore vena,
Torpet, & arescens suppresso fonte resistit.
Squalidus hei! curis, nil tanto fulmine dignum
Concipere ab valeo; cui singultantia verba
Vix medio gemitu vox intercepta ministrat.
Ne tamen aut pietas, cineri quæ debita, cesset,
Aut pars officii nobis ne claudicet ulla,
En pro carminibus truncarum murmura vocum,
Pro cultis elegis miserandas fundo querelas.
His te chara Parens, nostri tibamine luctus
Æternum salvere jubet Gener atq; Valere.

Henricus Clingius,

SS. Th. Lic.

Sic solet, & nunquam non fors inimica fatigat,
Excruciatq; pios, asperitate necis.
Nec satiata semel, socias dissolvere mentes,
Usq; suis instat trux Libitina malis
Scilicet his totus subjectus legibus orbis,
Quenilibet ut certo tempore fata vocent.

Nil

Nil juvat hic pietas, nihil & conjunctio dulcis,
Nec germana fides simplicitatis amor.
Exequitur Lachesis sua munia, quando Jehovahæ
Perplacet hinc animas evocitare suas.
At tu, qui mœsto turbatus funere, BERGI,
Conjugis ereptæ, tristia fata gemis.
Par fateor fuerat tibi consenuisse maritam,
Quæ tibi curarum sana medela foret.
Sic erat in voto, sed nullibi congrua fato,
Cujus ad arbitrium, cuncta ferenda vides.
Reddet id hoc olim, modo quod tulit, ultima cum jam
Instabit læta conditione dies.
Desinat interea planctus, dolor absit, & udis
Pone modum lachrymis, subditus esto DEO.
Ille suos variis animi cruciatibus angit,
Sors tamen hæc semper viribus æqua datur.
Est pietas victrix cladis: patientia durum,
Frangit; in ærumnis vera probanda fides.
Mortua dum jacet hic uxor tua, duplici vivit
Nomine, fama solo vivida mensq; polo.

*Honoris & solaminis ergo intimè
condolens adposuit*

Johann Säger L.

Conju-

Conjugis in Domino defuncta morte beatâ
Affectit mentem nuncia fama meam,
Multis nominibus Collega colende modisq̃,
Dum novus hoc annus mente resumit iter,
Ausurus graviora, nisi DEUS obruat omen,
Et gliscens tacito supprimat igne malum,
Illa graveſcentis columnen sociale ſeneſcæ,
Præſidiumq̃ domus te patiente fuit
Supremum potuit curare & cernere buſtum
Ætatis mediæ pro ratione tuum;
At circumflexo vertit DEUS ordine curſum,
Et renovat viduæ triſtia ſigna domus:
Ludit in humanis divina potentia rebus,
Nec facile ex toto ſpem juvat aſſe levem,
Ne fugitiva vagi mortalis gaudia mundi
Querat Salvificis antetuliſſe bonis.
Ergo gravem penitus Domino mediante dolorem
Vince, nec accelera propria fata volens;
Nos ſatis impositis cruciat mala plaga tributis,
Et vitæ ſaturos cælo inhiare jubet.

Georg. Pansow Senator.

Nil habet æternum ſpatioſi machina mundi,
Cuncta ſed incertis ſunt malè nixarotis.
Florida dum roſei ſavet indulgentia veris,
Graminibus rident vivida prata novis.

Sed

Sed rigido nimium cælo, nimiumq; calente,
Herbarum moritur non redivivus honor.
Aspice spirantes hortis stellantibus ignes,
Et quibus est tellus ambitiosa, rosas.
Dum tepido clemens blanditur sidere cælum,
Aspiciunt letis astra benigna comis.
At ubi purpureum rapit invidiosus honorem
Auster, & absciso caudice sternit humi,
Non reparant unquam fraudatis semina culmis;
Sed steriles semper post sua damna jacent.
Omnia sic pereunt, Solis quæ conspicit Æthon,
Et vaga nocturnis Cynthia lustrat equis.
Gloriam non formæ, non gloria sanguinis alti
Exorant rigida pensa severa Deæ.
Quæq; putat summo dignissima mundus honore,
Temporis, & sortis præda futura levis.
Cum Pietate Fides Christo subnixæ superstes
Durat, & intrepido tendit ad astra gradu.
Hæc Te Cælitibus jungit, cæloq; reponit,
Fœminei quondam pars veneranda chori.
Hæc rata Lex: terræ, repetat, pars debita, terram,
Et suheat patrium, meus venit unde, polum.

Nicolaus Bruggeman.

B

Vix

Vix novus auspiciis iterum mihi cœperat annus,
 Et parat ingressæ Parca maligna necem.
 Vixq; pia obtulerat dulcis mihi vota maritus,
 Addideratq; suas filia chara preces:
 Hoc itidem fuerant lingvâq; animoq; precati.
 Quos voluit junctos sangvis amorq; mihi.
 Dum Natæ eripior, Cognatis atq; marito,
 Quos jam curarum pondera magna premunt.
 Sic cuncta eventus docuit modo verba fuisse
 Irrita, nec vitæ tempora longa dari.
 Omne decus periit, fumiq; evanuit instar,
 Dum pia mens vacuo corpore ad astra redit.
 Ast ea lex fati est, rerumq; immobilis ordo,
 Humanæ ut vitæ mox cadat omnis honos.
 Tempus erit, mihi cum defunctæ vita redibit,
 Quod vos jam mœstos exhilarabit idem.

*Candolens fundeb. pieq; defunctam
 loquentem facieb.*

Casparus Movius.

Gute pflegt man lustig seyn/
 Und bald auff den negsten Morgen
 Stellen sich schon wider ein
 Neu-gemachte Trauer-Sorgen/
 Ist es kein betrübter Handel?
 Nichtes hat Beständigkeit/
 Nur die Sorg- und Trauer-Zeit
 Stehet fest und ohne Wandel.

2. Lust

2. Lust und Freud hat Flügel an/
 Die gehauften Schätze schwinden/
 Fliehen / eh mans wissen kan/
 Gleich den schnellen Westen-Winden/
 Vnd die Schönheit läßt den Zügel/
 Es verschleißt die zahrt Pracht/
 Ansehn / Noheit / grosse Macht
 Kommt zu letzt doch auß dem Zügel.
3. Ja das Stärkste steht auch nicht /
 Was man pflegt am höchsten lieben /
 Ein belobtes guht Gerüche
 Wird beknapft von Ehren-Dieben.
 In dem Streite widerstreben/
 Furcht und Hoffnung / manche Noht/
 Vnd zu letzt der kalte Todt/
 Dieses ist des Menschen Leben.
4. Drum: Wie thörllich thut man doch/
 Daß man sich so müht auff Erden/
 Vnd von diesem harten Joch
 Nicht begehrt erlöset zu werden.
 Lebe gleich nach tausend Jahren/
 Mehr denn dort Methusalah/
 Der den greisen Adam sah
 Auff der schwarzen Todten-Bahren.
5. Doch so must du lezlich fort/
 Vnd hin bey den meisten Hauffen/
 Du wirst durch kein glattes Wort
 Dieser Mörder-Hand entlauffen/
 Sehe gleich den zehnden Erben
 Lebe stark und stets gesund /
 Mensch! diß ist der alte Bund/
 Du must endlich dennoch sterben.

6. Seht nur an die wehrte Frau/
 Die wirh ist zum Grabe schiffen/
 Wahr sie gleich nicht völlig grau/
 Doch begabt in vielen Stücken.
 An Verstand und schönen Gaben/
 Ehre/ Reichthum/ grossem Gult/
 Vnd was sonst ein frischer Muht
 Auff der Erden wünscht zu haben.
 Vnd nuhn ist es auß mit ihr
7. Mit der Sehlgen Wolffrahntinnen/
 Sie des Hauses beste Zih
 Liegt erstarrt und ohne Sinnen.
 Weil ihr Stündlein wahr gekommen/
 Hat sie gute Nacht gesagt/
 Er/ Herr Berg/ der fromme/ klagt/
 Daß sein Gatt Ihm sey genommen.
8. Die bestürzte Tochter weint/
 Gibt sich schwerlich drin zu frieden/
 Weil zu früh/ wie sie vermeint/
 Ihre Mutter ist geschieden.
 Die doch kan im Himmel prangen/
 Schöne Klingin/ denkt sie sey
 Alles Jammers lohh und frey
 In die Seeligkeit gegangen.
9. Vnd ihr Freunde stellet ab
 Sie die Schwester zu beklagen/
 Witt/ der Ihr das Leben gab //
 Läßt sie hin zum Grabe tragen/
 Ihre Seel' ist schon dort droben
 In Immanuel's Gomach/
 Vnd läßt Tag und Nacht nicht nach
 Ihren Heyland hoch zu loben.

10. Sie ist nunmehr Gott vertraut/
In des Paradieses Garten
Stand der Bräutigam / seiner Braut
Ihrer Seelen aufzuwarten/
Und gleich drauff ist sie gestorben/
Sie hat durch den seelgen Tode
Für so manche sterbens Noht
Die gesuchte Euhr erworben.

11. Alle Welt sinkt ihr ist an /
Alle Welt mit ihren Schätzen/
Weil die seelge Frau sich kam
Mit weit befrer Lust ergehen.
Den der Berg ist überstanden
Jene schwarze Kidron-See/
Drin so manches Herzen-Weh
Uns im sterben kömmt zu handen.

12. O! wer wird wol bey uns seyn
Auff den finstren Todes Gassen?
Wenn uns aller falscher Schein
Alle Welt muß fahren lassen/
Wenn der Satan fänge zu stürmen/
Wenn der kalte Mörder dreut/
Und mit vollem Halße schreyt/
Weck! ins Finstre zu den Wärmern!

13. Jesu/ wahrer Mensch und Gott/
Deine Seiten / deine Rippen
Lassen für des Teuffels Spott
Uns fein sicher in sich sitzen.
So hilfft hie kein Christam-schmieren/
Kein geweihtes Wächsern-Licht/
Denn der Teuffel läßt sich nicht:
Durch den Ablass-Brieff verführen.

14. Nein der Vasiß ist viel zu schlecht/
 Den die Wäufuns-Diener ehren.
 Rhadamantus spricht das recht/
 Vnd wil nichts von Bullen hören/
 Wißt du künfftig abe-treten/
 Wißt du sanfft in stiller Ruh
 Deine Augen schliessen zu/
 Magst du billig mit mir beten.
15. Jesu! meines Todes Todt!
 Jesu! meines Lebens Leben!
 Du/das rechte Himmels Broht!
 Du der Wein von süßen Reben!
 Laß uns nichts von-sammen treiben/
 Mach mich deines Trostes satt/
 Wenn mein Leben frank und matt
 Nicht bey mir kan länger bleiben.
16. Jesu! meiner Sechlen Hirt/
 Wollst für mir in künfftig sprechen/
 Wenn der scharffe Vater wird
 Vber mich den Stab zerbrechen/
 Wenn von meinem Thun und Lassen/
 Von begehrtter Schuld und Pflicht/
 Ich/ich armer werde nicht/
 Rechte Rechnung können fassen.
17. Sprich alsdenn den Vater an/
 Sprich/das er mit meinen Schulden/
 Die ich selbst nicht zahlen kan/
 Doch dennoch sich mög gedulden/
 Sprich/das du durch deine Wunden
 Mich hast heissen sicher seyn/
 Vnd von aller Straff und Pein
 Durch deineignes Grab entbunden.

Joachimus Dunker.

QVam nihil immenso constans reperitur in orbe,
Qvam sunt innumeris gaudia mista malis.
Vix nova felicitis cepisti gaudia lustri,
BERGI Sundiadum gloria, dulce decus.
Jam cecidit conjux multos adamata per annos,
Qvæ quondam fuerat fida columna domus.
Qvæ sooli mater, quæ gloria magna nepotum,
Nunc cadit! heu duræ ferrea jura necis!
Qvo miseri luctus? quid fletibus ora rigamus?
Qvam scimus superi gaudia habere chori.

Condolentia ergo scripsit

Christophorus Reineccius
Gruning. Sax.

Siccine te rapuit duri vis aspera fati
Mater magna, tuâ sic ope lectus ego.
Vivere sed longum si fata benigna dedissent,
Tu mihi grande decus, presidiumq, fores.
Flectitur humanis precibus violentia mortis
Numquam, sed juvenes hac rapit atq, senes.
Vivimus & morimur prisca sub lege, beatus
Qui post hanc vitam cœlica regna tenet.

His abitum desideratissimæ Avia
plangebat

Martinus Wulfraht.



Skanowanie i opracowanie graficzne na CD-ROM :



ul. Krzemowa 1

62-002 Suchy Las

www.digital-center.pl

biuro@digital-center.pl

tel./fax (0-61) 665 82 72

tel./fax (0-61) 665 82 82

Wszelkie prawa producenta i właściciela zastrzeżone.

Kopiowanie, wypożyczenie, oraz publiczne odtwarzanie w całości lub we fragmentach zabronione.

All rights reserved. Unauthorized copying, reproduction, lending, public performance and broadcasting of the whole or fragments prohibited.